



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Vigesima secunda Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

circumgestatione, sortiretur. Historiam ante annum millesimum circa tempus translationis descriptam esse, videtur ex stylo colligi posse. Scribitur enim eum haberi in Francia, iuxta Oceanum littora, & parentes habitasse in pago Mempisco, in Merendra, iuris sui villa (quæ milliaribus duobus à Gandauo distat) ipsum autem elegisse sepulturam in monasterio iuxta lymphan Legiam, quod dicitur Truncinias. Quo in loco per monasterium, intellige congregationem clericorum sive canonicorum in communi viuentium per diuum Amandum institutam, in ecclesia à sancto Basino exstructa, quæ anno demum duodecimi seculi trigesimo octavo, contorta est in conuentum Canonorum Ordinis Præmonstratensis.

Vigesima secunda Septembri. De translatione sancti Exuperij Thebæi.

Ex Sigeberto & Martyrologio Gemblacensem.

IN Gallijs, ciuitate Seduno, loco Agauno, natalis sanctorum martyrum Thebaeorum; Mauritiij, Exuperij, Candidi, Victoris & sociorum. Ex his EXUPERIVS vexillifer fuit legionis Thebaeorum. Cuius corpus tempore Ottonis primi translatum est Gemblacum, procurante id sancto Guiberto, fundatore, Gemblacensis cœnobij, quod construxit in honorem sancti Petri Apostoli & beati Exuperij martyris. Vnde inter martyrum memorias annuè legunt octavo Idus Iulij: In Gemblaco, aduentus corporis sancti Exuperij signiferi Thebaæ legionis, & martyris gloriosi.